

Text 4: Cicero *De re publica* 2.45, 47-48

Im Verlauf eines geschichtlichen Überblicks über die politische Entwicklung Roms kommt Scipio (der von Cicero eingesetzte Erzähler) auf den letzten römischen König, Tarquinius Superbus, und die Entstehung einer Gewaltherrschaft zu sprechen:

id est caput cīvilis prūdentiae vidēre itinera flexūsque rērum pūblicārum, ut,
cum sciātis, quō quaeque rēs inclinet, retinēre aut antea possitis occurrere.
nam rēx ille, dē quō loquor, primum optimī rēgis caede maculātus integrā
mente nōn erat et, cum metueret ipse poenam sceleris suī summam, metuī
5 se volēbat; deinde victōriīs dīvitīisque subnixus exsultābat īnsolentiā neque
suōs mōrēs regere poterat neque suōrum libīdinēs.
vidētisne igitur, ut dē rēge dominus exstiterit, ūnīusque vītīō genus rēi
pūblicae ex bonō in deterrimum conversum sit? hic est dominus populī, quem
Graecī tyrannum vocant; nam rēgem illum volunt esse, qui cōsulit ut parēns
10 populō cōnservatque eōs, quibus est praepositus, quam optimā in condiciōne
vivendī, sānē bonum, ut dīxī, rēi pūblicae genus, sed tamen inclinātum et
quasi prōnum ad perniciōssimum statum.
simul atque enim sē īnflēxit hic rēx in dominātum iniūstiōrem, fit cōtinuō
tyrannus. quō neque taetrius neque foedius nec dīs hominibusque invīsius
15 animāl ūllum cōgitārī potest; quī quamquam figūra est hominis, mōrum
tamen immanitāte vāstissimās vincit bēluās. quis enim hunc hominem ritē
dīxerit, quī sibi cum suis cīvibus, quī denique cum omnī hominum genere
nūllam iūris commūniōnem, nūllam hūmānitātis societātem vēlit? (185 W)

Hilfen zu Text 4:

(1) **caput, itis n:** *hier:* Hauptsache, das Wesentliche; (2) **quō:** wohin; **quaeque:** schlag nach unter *quisque!*; **retinēre:** *hier:* hemmend einwirken; (3) **optimus rēx:** gemeint ist Servius Tullius, den Tarquinius Superbus ermorden ließ; (3/4) **integrā mente:** *Ablativus qualitatis!*; (5) **exultāre:** übermütig sein; **īnsolentia, ae f:** Unverschämtheit; (7 u. 8) **dominus, ī n:** Gewaltherrscher; (10) **quam:** + Superl. = möglichst; (11) **sānē (Adv.):** wirklich, gewiß; (12) **quasī prōnum:** gleichsam geneigt zum Sturz; (13) **simul atque (Konjunktion):** sobald; **continuō (Adv.):** sogleich; (14) **quō:** relativischer Satzanschluß im Ablativ (des Vergleichs); **dīs:** = *deīs*; (15) **qui:** relativischer Satzanschluß; (16) **immānitās, tātis f:** Ungeheuerlichkeit, Furchtbarkeit; (17) **dīxerit:** Konjunktiv Perfekt (Potentialis); übersetze: ... *könnte nennen*.